Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

8. An mixta dentur judicia in rem, partim in personam?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

Visual Library

interdicto agatur, in perſonam eſt judicium, *per rubr: ff. de Interd: §. ult: inſtit: eod: L. ult: C. eod: L. 2. & 4. C. unde vi L. ult: C. de lib: exhib.*

8. Mixta verò judicia quæ partim in rem, partim in perſonam ſint, non agnoſcimus *§. 1. inſtit: de act: L. 1. §. 1. C. de anal: exc.* Et poſſeſſorium judicium non rectè ab Interpretibus dividi in ſummarium, & ordinarium docet *Cuiac: in L. ſi ſolo in 1. obſerv: 20.* quia cauſa poſeſſionis generaliter ſpectata momentanea cum apelletur, ordinaria dici non poteſt, per *L. momentaneæ 8. C. unde vi & L. un: C. ſi de mom: poſſ: L. ordinarij 13. C. de R. v. 1.*

9. Demum ex forma ſeu modo procedendi, judicium dividitur in ordinarium, & in extraordinarium ſeu ſum̄arium, hoc eſt, in quo ꝓceditur ſimpliciter & de plano ſine ſtrepitu & forma judicii, ut in cauſis electionis, poſtulationis, hæreſis læſæ Majeſtatis, in quibus nunquam ſolemnia obſervantur, neq; plena plerumq; cauſæ cognitio intervenit: ut optimè explicatur in *Clement: Sæpè de verb: ſignif: cap: fin: de hæred: in 6. & Extravag: Henrici V I I. quo-*

 modo